Mesopotamia 1900

P. Tommaso Melazzo

Rispi. I Gen.
Non è obbligata di
dire le messe.

Reverendissime Pater!

Hanc tibi prima vice scribo epistolam juxta missionis Statutum.
Budja prope Smyrnas profectus sum mense Majo cum comite P. P. Leonardo a Baabdath, accepta obedientia et S. Con. de Prop. Fide decreto.
Quum praesentes sumus ad Missionem Mesopotamiae, quam Divinae Clementiae placuit, sorte beata, nobis dare, subito ~~missi~~ missi operam mini-

sterio dedimus, nam idioma arabicum nobis non erat ignotum.

Hic Mardin existunt, multis abhinc annis missionarii sectae protestantis cum cum suis factionibus, contra quos nos saepe debemus et studiamus depugnare pro melioribus partibus hoc est detegere eorum fallacitatem et mendacium, ut fideles fidei et aeternae eorumdem saluti consulant. Deinde licet protestantes, rationis op., bonum exitum perfici ob eas

perditas cum ipsis fidelibus contentiones non possent, tamen audacia non deserunt eos vexare, insidiasque et laqueum moliri praesertim indigenti plebi, ut trahe-retur propter effusas largitiones et impensasque scholarum maximas, in quibus et auditoribus (~~pue~~ puellis studiosis) pecu-niam praebent. Heu quanta malitia!

Nos semper vulgus imperitum horta-mur ut intelligerent et timerent prote-stantes valde dona quamquam ferentes.

Praeterea hic intellexi, minime di-cendam esse semel in mense Missam ad tuam intentionem, quam obrem hodierno die ad te recurro ut habeam notitiam certam quid faciendum est, quoque jure hoc [illegible]

Eamdem gratitudinis ac devotio-
nis sensibus erga Paternitatem tuam,
mihi liceat in solemnitatibus Incarna-
tionis D. N. J. Christi et novi redeuntis
anni, tibi vota manifestare.

Certe hac occasione deprecabor,
ferventiori animo, Bonitatem Omnipoten-
tis, ut tibi misericorditer concedere omne
quod optes, dignetur, ita ut possis, sicut
facis, prodesse viventi.

F. Thomas
a Baabdath
Mis. Cap.

Mardin 12 Decem. 1906.